primo decreto in possessionem in reali, an possit locare prædium, vel fructus vendere, et ad quem agricultura vel locatio spectet, ibidem. — in possessionem alicujus domus ex primo decreto, si in ea habitet, an teneatur solvere pretium habitationis, vel in sortem computare, ibidem.—in reali possessione expellit possessorem contumacem, in personali autem non, ibidem.—si vi dejiciatur de possessione, qualiter illum dejiciens puniatur, n. 1 et 2 l. 5 tit. 8 part. 3.—in possessionem, et quo jure istud à principio petere possit, n. 1 l. 6 tit. 8 part. 2.— si intra annum reus non recuperaverit possessionem, fructus facit suos, poterit tamen contumax agere super proprietate, etiam in illo termino elapso, et intra quantum tempus hanc proprietatis quæstionem movere possit, n. 8 l. 6 tit. 8 part. 3. —in possessionem rerum alicujus propter debitum, intra quantum tempus faciat fructus illius rei suos, et quid hodie, n. 9 l. 6 tit. 8 part. 3. — si magis velit debiti sui solutionem, quàm incumbere possessioni, et illud à judice petat fieri, et quòd res, in qua fuit missus, vendatur, illud judex facere debet, et tenetur, n. 11 et 12 dict. l. 6 tit. 8 part. 3. — si petat rem vendi in qua fuit missus, an tunc reus debeat in propria persona citari, an sufficiat citari ad domum, n. 3 l. 6 tit. 8 part. 3. — facit fructus suos reo non veniente intra annum, n. 3 l. 8 t. 8 p. 3.—in possessionem rei alterius, qui cùm esset malæ fidei possessor, illam rem per triginta annos præscripsit, an illo in termino debito veniente possit objicere quæstionem dominii, quam in continenti probare vult, n. 7 l. 21 t. 29 part. 3.—in alicujus rei possessionem ex causa damni injecti judicis auctoritate, an quærat sibi possessionem rei, n. 1 l. 15 tit. 30 part. 3. — ex primo decreto, quando possideat jure dominii, quando verò jure possessoris, n. 4 l. 108 tit. 18 part. 3. — in possessionem post litis contestationem, an reus veniens, etiam intra annum, audiatur super possessione, n. 5 l. 10 tit. 22 part. 3. —in possessionem si creditor, sit ille, cæteris creditoribus prodest, n. 1 l. 9 tit. 15 part. 5. — in possessionem ex causa judicati, an possideat, vel non; et an talis missio in unum ex creditoribus facta prosit aliis creditoribus, vel an tunc habeat locum regula, *qui priorum*, v. dict. n. 1.

Mixta an sequantur naturam simplicium, quando simplicia sunt in prohibitione, n. 2 l. 17 per text. ibi, t. 5 part. 5.

Mixtæ servitutes, vide in verbo Servitutes mixtæ.

Mixtura frumenti corrupti cum incorrupto, an sit prohibita, et quid in aliis commixtionibus, n. 2 l. 1 t. 7 p. 5. —et an miscens unam speciem cum alia, incidet in pœnam falsi, et quando, glos. l. 4 per text. ibi, tit. 7 p. 7. —Et quid de miscente paleam cum ordeo, vel tritico, vel ceram corruptam cum incorrupta, vel alia specie, ibi n. 5.

Mobilia multa possidens quis, idem est ac si immobilia possideret, n. 4 in fin. l. 41 tit. 2 part. 3.—quando dicantur concernere persona, et quando territorium, n. 1 l. 4 tit. 29 part. 3.—bona quæ servando servari possunt, an in eis dos pro minori possit constitui sola tutoris sui auctoritate interveniente, an verò ibi judicis decretum requiratur, sicuti in rebus immobilibus desideratur, n. 1 et 2 per text. ibi, l. 14 tit. 11 part. 1.—si sint in maxima quantitate, judicatur de eis sicuti de re immobili, dict. n. 2. — possunt in dotem dari, et illa maritus vendere potest, tenebitur tamen ad æstimationem, n. 5 l. 21 tit. 11 part. 4. — minoris, an possint à tutore alienari, quando ipse velit, et quid de immobilibus, n. 3 l. 4 per text. ibi, tit. 5 part. 5. — pretiosa immobilibus æquiparantur, dict. n. 3 dict. l. 4 t. 5 p. 5.— minoris, an possint à tutore pignorari ad utilitatem minoris, dict. n. 3 dict. l. 4. — bona minoris quæ servari possunt, an à tutore sine judicis auctoritate obligari possint, n. 3 l. 8 tit. 3 part. 5.

Modus quid sit, et quod importet quamdam mensuræ determinationem, n. 1 l. 2 tit. 4 part. 4.—inducitur per dictionem *ut*, v. ibi num. 2.—appositus in donatione à Rege facta, si non servetur, privabitur donatarius donatione, sive causa fuerit finalis, sive non, n. 14 l. 2 tit. 13 part. 2.—appossitus in donatione, quam aliquis facit, si non adimpleatur, qualiter donanti consulatur, n. 1 l. 6 per text. ibi, tit. 4 part. 5. — appositus in donatione ecclesiæ non censetur in dubio esse causa finalis favor ecclesiæ, ibidem. — si non adimpleatur per legatarium, an rem amittat, dict. n. 1 in fin.—sub quo aliquid datur, si non adimpleatur, an donanti competat utilis rei vendicatio, ibidem in n. 3. — sub quo hæres instituitur, si sit impossibilis de natura, vel de jure, an in eo idem quod in possibili conditione dicendum sit, n. 3 l. 3 tit. 4 part. 6.—an possit impleri per cautionem in contractibus modalibus, n. 6 l. 7 tit. 4 part. 6. — Et an relictum sub modo debeatur, quando modus casu fortuito deficiat, n. 5 l. 14 tit. 4 part. 6. — Et quid in conditionibus, alias gloss. ibidem.—Modus quid sit, et in quo differt à conditione, n. 7 l. 21 per text. ibi, t. 9 part. 6, et n. 2 et 3 l. 2 tit. 4 p. 4.—Et an relictum sub modo debeatur statim præstita cautione, et qualis ista esse debeat, n. 9 dict. l. 21, et dict. n. 2 et 3 dict. l. 2.— Et an dominium sic relicti acquiratur statim, quòd fuit præstita satisdatio, vel post ipsius modi implementum, n. 10 dict. l. 21. — Et an omissio modi vitiet etiam actum favorabilem, n. 1 in fin. l. 9 tit. 16 part. 6. — Modus si excedatur per judicem in torquendo aliquem, sive dolosè, sive culpabiliter, licèt à principio justè torqueri jussit, qualiter tunc puniendus veniat, n. 14 l. 4 tit. 30 part. 7.—Et quid si judex servavit modum in torquendo, sed tortus debilitate naturæ substinere non potuit, et mortuus fuit, an et quando tunc judex teneatur, et puniri debeat, dict. n. 14 in final.

Molendinum, et an habentes duo molendina in communi clusa, si unus illa purgaverit, alter ad partem expensarum teneatur, num. 2 l. 15 tit. 32 part. 3. — an possit fieri à quolibet, etiam justa aliud molendinum, si illi aquam non impedierit; et quid si locus, ubi illud facere vult, sit communis, n. 1 cum aliis ibi, l. 18 t. 32 part. 3.—Et quid si flumen sit navigabile, et an debeat attendi, quod casualiter fit, ibi n. 2 et 3.—Molendinum pro oleo, si sit in aliquo oliveto, si olivetum illud vendatur, an in venditione veniat molendinum, si tempore venditionis de eo nihil dictum fuit, n. 3 l. 31 t. 5 p. 5.

Monachus non potest esse patrinus in Baptismate, n. 6 l. 6 tit. 4 part. 1.—Monachi, sive quilibet Religiosus non potest baptizare, confiteri, nec prædicare, nec simile facere sine superioris voluntate, n. 2 l. 21 tit. 4 part. 1.—Monacho non est injungenda pœna jejunii, seu alia, per quam scandalicentur fratres, n. 8 ad fin. l. 25 tit. 4 part. 1.—Monachorum excessus, vide remissivè per dic. n. 8 in fin. — dilaniens se peccat mortaliter, n. 1 l. 43 tit. 4 part. 1. — Monachi an possint compelli, ut eant ad synodum, remissivè gloss. final. l. 16 tit. 5 part. 1. — Monachus eligi potest in Abbatem, et Priorem, si jam fuerit professus, aliter non, postulari tamen potest, n. 2 et 3 l. 23 tit. 5 part. 1.—an possit esse cubicularius Episcopi, et an Episcopus illum invito Abbate sumere possit, gloss. final. l. 59 tit. 5 part. 1. — factus Episcopus exit statim ab Abbatis sui potestate, n. 2 l. 65 tit. 5 part. 1. — factus Episcopus potest esse compater, ibid. — Monachi post factam professionem tenentur recitare Horas canonicas, si ad clericatum sint deputati, n. 1 ad fin. l. 34 tit. 6 part. 2.—Monachus an possit de licentia Papæ testamentum facere, n. 1 post princip. l. 53 tit. 6 part. 1.—propter professionem non recipit characterem, et Papa potest propter hoc facere, quòd non sit monachus, n. 3 l. 2 tit. 7 part. 1.—si ante professionem exeat, et postea redeat, an et tunc debeat stare per annum continuum, n. 1 l. 3 tit. 7 part. 1.—si ante ingressum donaverit monasterio aliquam rem, si postea exeat, an recuperet eam, num. 2 l. 3 t. 7 p. 1. —non potest expelli de monasterio sine justissima causa, ibidem in n. 3.—si stetit per annum in monasterio, an possit compellere fratres ad dandam sibi professionem, n. 4 l. 3 tit 7 part. 1. — an possit esse quis sine subjectione habitus illius religionis, et suorum fratrum, gloss. final. l. 3. tit. 7 part. 1.—an dicatur ille ante professionem, qui eo animo intravit, ut nunquam reverteret ad sæculum, n. 3 l. 7 ibid. — Monachi in quo differant à conversis, et ab oblatis ordinum, n. 2 l. 9 tit. 7 part. 1.—non possunt de uno monasterio ad aliud strictius transire, si est strictius in regula, sed non in actu, n. 3 dict. l. 9.—possunt ad Religionem laxiorem transire aliquando, dict. n. 3 post princip.—Et an ad æqualem Religionem, ibidem.—Monachus petita licentia, licèt non obtenta, ad Religionem strictiorem transire potest, et quid antequam licentiam petat facere debeat, ibid. in n. 5. —prius quærere debet monasterium arctius, ubi se transferre vult, quam petat licentiam Prælato suo, dict. n. 5. — licentiatus ut transeat ad aliud monasterium amplius, priori prælato subjetus non est, n. 5 suprà dict. — licentiatus ad transeundum ad aliud monasterium, si pœniteat, an primum monasterium teneatur illum recipere, ibid. — potest ad laxiorem Religionem transire in uno casu, n. 3 l. 10 tit. 7 part. 1. — esse potest uxoratus de licentia uxoris, et quid si illa juvenis sit, vel senex, n. 7 et 8 l. 11 tit. 7 part. 1.—Monachi proprium habere non possunt, et quid si habeant aliquam administrationem, vel illud eis permittat Prælatus, n. 2 l. 14 tit. 7 part. 1.—Monachus an possit habere decem in unoquoque anno pro vestimentis, et an tunc dicatur habere proprium, ibidem.—proprium habens, si decedat, debet in stercolinio cum eo sepeliri, in signum damnationis suæ, et sufficiet sepeliri cum parte proprii, licèt totum cum eo non sepeliatur, n. 3 ibidem.—carnem comedere non potest in refectorio in nulla die, etiam Nativitatis Domini, n. 3 l. 15 tit. 7 part. 1.—curam animarum habere non potest, et quando sic, et an tunc Abbas illi debeat dare socium, n. 1 l. 24 tit. 7. part. 1.—quando potest promoveri ad Parochiam, sive ad Episcopatum, et quid si Abbas tunc consentire nolit, n. 2 l. 25 tit. 7 part. 1. — ad beneficium non curatum nunquam potest promoveri, ibid.— curam animarum exercens debet secum socium habere, et quando non, n. 3 dict. l. 25, et ibi vide quid de jure Part. —Monachi quando dicantur habere plenum jus in aliqua ecclesia, n. 4 per text. ibi, d. l. 25.—Monachus habens curam animarum, an à regula monachali sit solutus, et in quibus non, et an carnes possit comedere, n. 1 et 4 l. 26 tit. 7 part. 1. — factus Episcopus, an liberetur ab Abbatis potestate, ibid. in n. 7.— Et an mutet habitum, text. ibi. — Monachus cui data fuit cura animarum, quod ibi acquirit, cui acquirat, n. 4 dict. l. 26 tit. 7 part. 1.—Monachi Chirurgiam, nec Leges scire debent, et in quibus istud procedat, et pœna habeat locum, n. 2 l. 28 ibidem.—Possunt tamen libros illarum scientiarum in camera habere, ibid.—Et sunt excommunicati, et an statim, an verò post duos menses, ibidem in n. fin.—Monachus obedientiam non potest in perpetuum præscribere, num. 2 l. 30 tit. 7 part. 1. — fugitivus quidquid acquirit, acquirit suo monasterio, n. 2 l. 31 ibid. — potest vendicari per Abbatem cum omnibus per eum acquisitis, ibid.—si sit expulsus à monasterio, quod acquirit, cui acquirere videatur, ibid. — an et quali vota possit emittere, et quid si ante monachationem emittat, an eum ligent, n. 10 l. 3 t. 8 p. 1.—an possit vovere pro subsidio terræ Sanctæ, ib.—Et an peccet mortaliter vovendo, ib.—Monachus vovere potest etiam in præjudicialibus Prælato, si credit ratihabitionem ipsius, n. 10 supradict.—percutiens clericum, seu alium monachum, pro absolutione non debet Romam ire, n. 10 per text. ibi, l. 4 tit. 9 part. 1.—Monachi an teneantur mortuos sepelire, et quid si Episcopus jubeat, n. 9 per text. ibi, l. 2 tit 12 part. 1. — an possint compelli ad faciendam processionem, et quando, n. 10 ibidem. — tenentur ad decimas, et quando non, n. 15 l. 2 tit. 12 part. 1. — an teneantur ad charitativum subsidium, n. 17 in dict. l. 2 tit. 12 part. 1.—quam jurisdictionem habeant in ecclesiis, quas de novo constituunt, n. 2 l. 5 tit. 12 part. 1.—quibus de novo conceditur ecclesia, non possunt alterare antiquum statum ipsius in nullo, n. 5 ibidem.—an possint percipere redditus ecclesiæ illis subjectæ, et convertere in usus suos, n. 6 ibid. — an et quando eleemosynam facere teneantur, n. 2 et 3 l. 11 t. 23 part. 1, et ibi n. 6.—Monachus factus Rex, an ad regni administrationem debeat admitti, n. 19 l. 2 tit. 15 part. 2. — conveniri non debet pro debito in sæculo facto, sed ejus Prælatus, n. 2 per text. ibi, l. 10 tit. 2 part. 3.—statim quòd est monachus omnia bona sua transfert in monasterium ipso jure, n. 3 dict. l. 10. — an possit esse judex arbiter, n. 6 l. 4 t. 4

part. 3—an possit esse arbiter, si ante monachationem arbitramentum suscepit, n. 4 l. 28 tit. 4 part. 3. — an esse possit advocatus, saltim si monasterium sit inops, n. 6 l. 2 tit. 6 part. 3.—an debeat recipi per Prælatum, simul cum Capitulo, n. 7 l 28 tit. 18 part. 3. — Et quid sit dicendum, si monacho relinquatur usus fructus alicujus rei, n. 2 l. 24 tit. 31 part. 3. — Monachus fugitivus, si cùm in habitu laicali incederet, ab aliquo fuerit institutus hæres, credens illum laicum, et sic errando in ejus personam, an per hoc quærat monasterio suo hæreditatem, n. 4 l. 10 tit. 2 part. 4.—professus si publicè matrimonium cum aliqua contraxerit, debet ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis puniri, et quare, n. 2 l. 3 tit. 21 part. 4. — an succedat in feudis, et an feudum amittat feudatarius, si fuerit Religionem ingressus, si infra annum exierit, n. 11 l. 6 tit. 26 part. 4.— et an in eo depositum fieri possit, et an Abbas teneatur, si non obviet perditioni ipsius, n. 4 l. 3 tit. 3 part. 5.— donationem facere non potest, n. 4 l. 1 per text. ibi, tit. 4 part. 5. — si sit factus ille, qui fecit donationem suorum bonorum, an talis donatio revocetur ipso intrante monasterium, tanquam si filios procreasset, per L. *si unquam, C. de revocand. donation.* vide n. 7 l. 8 tit. 4 p. 5. —quoad articulum acquisitionis, an æquiparetur servo, n. 4 l. 7 tit. 11 part. 5. — non potest exercere officium tabellionatus, et an valeant instrumenta ab ipso de novo facta, l. 28 tit. 11 part 5. — an possit esse testis in testamento sine Abbatis licentia, et quid in aliis instrumentis, n. 5 l. 9 tit. 1 part. 6. — an possit facere testamentum, et quando, et qualiter, et de quibus bonis, gloss. l. 17 per text. ibi, tit. 1 part. 6. — si decesserit ante annum probationis, cui bona sua applicari debeant, an monasterio, vel consanguineis, n. 1 dict. l. 17.—Et quid si post ingressum Religionis inde recedat, an bona sua applicentur monasterio, ibidem in n. 5.—Monachus si decedat in Religione, an tunc monasterium excludat ascendentes legitimos, ibidem in n. 6.—licèt non sit in potestati patris, vel avi non desinit esse suus hæres patri, vel avo, n. 2 l. 21 tit. 3 part. 6. — si sit pater, an possit filiis suis pupillariter substituere, n. 2 l. 5 tit. 5 p. 6.—si ab aliquo instituatur hæres, Abbas ipsius hæreditatem adire tenetur, et an ipse debeat tempus ad deliberandum petere, n. 6 l. 1 tit. 6 part. 6. — si sit à patre exhæredatus, an eo invito monasterium querelam inofficiosi testamenti intentare possit, n. 13 l. 13 t. 6 p. 6. —Monachi an possint esse executores testamentarii cum licentia superiorum, saltim ut bona dividant inter pauperes; et quid fratribus Minoribus, et qualiter conveniantur, n. 4 l. 3 per text. ibi, tit. 10 part. 6.—Et an filius monachi, vel clerici patri succedat, n. 5 quæst. 3 l. 11 tit. 13 part. 6. — Monachus an possit esse tutor, n. 6 in fin. l. 4 tit. 16 part. 6. — an possit esse curator, alicujus orphani, n. 1 l. 14 per text. ibi, tit. 16 p. 6.— an ad instar servi reguletur, si delinquat, et an habeat legitimam personam ad se defendendum in causa criminali, n. 1 l. 10 tit. 1 part. 7.—si injurietur non ipse, sed ejus Abbas actionem injuriarum intentabit, n. 3 l. 10 tit. 9 part. 7.—Et quid si injuria monacho facta levis sit, ibid. — Monachus non potest præscribere obedientiam, n. 1 in fin. l. 23 t. 14 part. 7. — fugitivus potest in quibuscumque domibus perquiri per Abbatem, et quando, n. 2 l. 24 tit. 14 part. 7.

Monasterium monialium intrantes, an et quando sunt excommunicati, et quis eos absolvet, n. 2 l. 36 tit. 6 part. 1. — Monasteria an videantur interdicta, si omnes ecclesiæ unius loci interdicantur, n. 2 l. 16 tit. 9 p. 1. —benè defendunt ibidem confugientes, n. 2 l. 4 tit. 11 part. 1.—potiùs in solitudine sunt ædificanda, quàm in urbibus, n. 2 in fin. in procem. tit. 12 part. 1.—de jure communi exempta sunt à lege diœcesana, non vero à lege jurisdictionis, n. 1 l. 2 tit. 12 part. 1, ubi illa lex numerat ista, quod vide.—non exempta si habeant populum, tenentur Episcopo dare decimas, n. 15 l. 2. t. 12 part. 1.—non debent compelli ad hospitandum aliquem, n. 16 ibid.—Monasterium habens populum, sive ecclesiam parochialem, an sit subjectum Episcopo, num. 16 ibid.—Monasteria an possint voluntate Papali, monachis contradicentibus, deputari et dari clericis sæcularibus, n. 1 l. 3 tit 12 part. 1.—Monasterium si uniatur monasterio regulæ arctioris, an talis unio fieri possit sine licentia Episcopi, n. 7 l. 4 tit. 12 part. 1. — an teneatur alere filios ingressi, n. 5 l. 10 tit. 2 part. 3.—monialium, cæteris paribus, plus debet faveri, quàm virorum, n. 2 in fin. l. 5 tit. 3 part. 3.— an possit in causa sua homines sui monasterii pro se adducere in testes, n. 6 l. 18 tit. 16 part. 3. — unum si alteri uniatur, an transeat in alium cui unitur, amittatque sua privilegia, n. 3 l. 7 t. 20 part. 3.—Monasteria si sint domini alicujus terræ, an et quando ibi greges suas immitere possit, et ad pascendum, num. 9 l. 9 tit. 26 part. 3. — Monasterio an quæratur hæreditas per monachum fugitivum, si cum in habitu laicali incederet testator, quidam credens illum laicum, illum instituit, num. 4 l. 10 tit. 2 part. 4.—Monasterium non tenetur ex facto monachi sui, num. 4 l. 3 tit. 3 part 5.—an possit petere, ut donatio sui monachi ab eo facta ante ingressum revocetur per talem ingressum, ac si talis ingrediens filios de novo procreasset, n. 7 l. 8 tit. 4 part. 5.—an succedat in bonis monachi decedentis intra annum probationis, n. 1 l. 17 tit. 1 part. 6.—Et quid si post ingressum Religionis inde recedat, an tunc bona applicentur Monasterio, ibi n. 5.—Monasterium habetur loco filii, et an excludat parentes à legitima descendentium, ibidem in n. 6. — in quo quis professus fuit, quam partem habere possit in bonis professi, quando ipse filios habet, ibi n. 7 et 8. — in quo aliquis habens filios professus fuit, an illos excludat, si in vita patris professi suam legitimam petant, ibi n. 9. —Et an per ingressum monasterii rumpatur testamentum ingressi antea factum, n. 5 l. 20 t. 1 p. 6.—Monasterium an excludat substitutum datum alicui post mortem suam, etiamsi substitutus sit de filiis testatoris, n. 8 l. 10 tit. 4 part. 6. — succedens in alicujus hæreditate, an ad confectionem inventarii teneatur, n. 1 l. 5 t. 6 p. 6 —an invito monacho ab ejus patre exhæredato, possit querelam inofficiosi testamenti intentari, n. 13 l. 13 t. 6 part. 6.—Et an mulieres possint in monasteriis monialium carcerari pro ipsarum delicto, et an inde extrahi possint, num. 2. l. 5 per text. ibi, t. 29 part. 7.

Moneta à solis Imperatoribus, et Regibus fieri potest ejus mandato, et hoc est privilegium ipsorum, n. 11 l. 2 tit. 1 part. 2.—unde dicatur, et an Rex possit valorem, et pondus monetæ mutare, et qualiter, et quando, ibid. post medium. — an propter illud, quod habet imaginem Regis, possit ab eo in valore minui, ibidem. —Et hoc antea quàm faciat, quid postea quàm facta est, ibidem.—Monetam Regis si aliquis in terra sua non recepit, qualiter punietur, et quomodo istud intelligatur, n. 11 l. 22 tit. 13 part. 2. — Moneta foreria datur in recognitionem dominii, et an generaliter privilegiatus à tributis ad solutionem istius monetæ teneatur, n. 1 l. 10 tit. 18 part. 3. — falsa, et adulterina quæ dicatur, et de pœna facientis eam sine Principis licentia, n. 2 cum aliis ibi, l. 9 per text. ibi, tit. 7 part. 7.—Et quid si fabricetur falsa moneta, non usualis in illis partibus, ibi n. 3 ad fin. — Monetæ antiquæ non debent affinari alibi, quàm in domibus monetarum ad hoc dessignatis, dict. n. 3 in fin. — si scindantur, vel tondantur per aliquos, qualiter isti puniantur, n. 4 dict. l. 9 tit. 7 part. 7.— Moneta si fabricetur in domibus alicujus locatis à fabricantibus, an dominus domum illam amittat, et quando non, et quid in minori vel vidua, gloss. l. 10 per text. ibi, tit. 7 part. 7.— Et omnis moneta, quæ antiquitus cudebatur in istis regnis erat Regis, hodie secùs est, n. 1 l. 15 tit. 14 part. 7.—Et ex monetis, quæ fiunt, potes Rex aliquod lucrum consequi, et de eo mercedem facere, n. 2 ibidem. — Et de pœna facientis falsam monetam, vel aliquid immiscentis, n. 3, 4 et 5 dict. l. 15.

Monetarius quando, et ex quibus teneatur actione furti, et de ejus culpa, gloss. l. 15 per text. ibi, tit. 14 part. 7.

Moniales an possint ad monasterium arctius transire, sicuti licet monachis, n. 2 in med. l. 9 tit. 7 part. 1.— Monialibus potest permitti per Abbatissam, ut lucrum manuum suarum in usos proprios convertant, et an tunc dicantur habere proprium, n. 2 l. 14 tit. 7 part. 1.— Moniales visitare non possunt, sed visitabuntur, in talibus enim non cadit actio, sed passio, n. 6 l. 21 tit. 7 part. 7.—non sunt recipiendæ in aliquo monasterio non mendicantium, nisi quæ sustentari possint, n. 2 l. 22 ibid.—an committant simoniam aliquid recipiendo cum moniali nomine dotis, cum monasterium ingreditur, n. 7 dict. l. 22 tit. 7 part. 1, et n. 3 l. 13 tit. 17 part. 1.— Monialis sacrum velamen suscipere non debet, nisi in die dominica, vel alterius festivitatis, n. 5 l. 13 tit. 10 part. 1. — Et cæteris paribus magis favetur monasterio monialium, quàm virorum, num. 2 in fin. l. 5 tit. 3 p. 3. —Monacha rixosa potest expelli de monasterio, n. 1 l. 14 tit. 10 part. 5.—Monialis, et an filius monialis matri suæ succedat, n. 5 q. 3 l. 11 tit. 13 pert. 6.—Et accedens ad monialem committit tria crimina, et de pœna ipsius, n. 6 l. 11 tit. 13 part. 6. — Et an stuprum monialis eodem modo puniatur, quo stuprum alterius virginis, vel viduæ, n. 2 l. 2 tit. 19 part. 7.

Monitio facta alicui post præsumptionem non inducit plenam probationem, licèt monitus non desistat, inducitur tamen contra eum magna præsumptio, n. 3 l. 38 tit. 6 part. 1. — Monitiones si non præcesserint excommunicationem, excommunicatio non valet, qui statim absolvi debet, neque ejus consensus, ut sine monitionibus excommunicetur, quidquam valet, n. 1 l. 12 t. 9 part. 1. — sunt introductæ in favorem publicum, ideoque partes illum renuntiare non possunt, num. 1 dict. l. 12. — Monitio non requiritur ad constituendum aliquem in mora in causis decimalibus, sed dies interpellat, n. 1 l. 17 tit. 20 part. 1. — quæ requiratur ad hoc, ut quis possit jure suo privari, n. 4 l. 46 t. 2 part. 3.— aliqua facta post suspicionem an plenè probet, et quando, num. 5 l. 12 tit. 14 part. 3, et n. 3 l. 38 tit. 6 p. 1. —unica, vel bina, an requiratur ad constituendum executorem testamentarium in mora, ut si intra annum non exequatur voluntatem defuncti, ad Episcopum devolvatur, et ipse in pœnam incidat, n. 1 et 3 l. 8 per text. ibi, tit. 10 part. 6.

Monitus non præsumitur aliquis, nisi illud sibi probetur, n. 2 l. 9 tit. 25 part. 4.

Monstruosus homo, vide in verbo Homo monstruosus.

Montes steriles an veniant in donatione, vel locatione, vel in quavis alia concessione, n. 10 l. 8 tit. 18 part. 3. — sunt communes civitatis, vel villæ, in cujus sunt territorio, et in hoc civitas habet fundatam suam intentionem, n. 6 l. 9 tit. 28 part. 3.

Monumentum, et an in monumento jam constructo possit taxari numerus sepeliendorum, n. 2 l. 3 tit. 31 part. 3. — Quod inducit ad quæstionem, si inter monasterium, quod de novo construebatur, et aliam parochialem jam constructam, fiat pactum, quòd in cœmeterio novo neminem sepelirent, an eo constructo pactum valeat, d. n. 2.

Mora, purgatio moræ non admittitur, nisi soluto interesse in arbitriis, n. 4 l. 33 t. 4 p. 3. — Moræ purgatio non habet locum in actione quærenda post tempora præstituta, quod ad quæstionem notat, n. 8 l. 8 t. 11 p. 3. —Mora usque ad sententiam, vel post, an faciat crescere æstimationem, quando in defectum rei illa datur, n. 3 l. 8 t. 1 p. 5. — Et an tunc extrajudicialis interpellatio sufficiat ad constituendum aliquem debitorem in mora, ut æstimatio crescat, ibi n. 4. — Mora si præcesserit casum fortuitum, an tunc casus fortuitus excuset, vel non, n. 3 l. 2, et n. 8 l. 3 tit. 2 part. 5, et n. 5 l. 4 tit. 3 p. 5.—commodatarii an faciat illum teneri, si res commodata pereat post moram, etiam quando eodem modo esset penes commodantem peritura; et quid in foro conscientiæ; et quid in actione reali, n. 6 l. 9 t. 2 p. 5. —sive sit judicialis, sive extrajudicialis, facit quem teneri non obstante casu fortuito, n. 5 l. 4 tit. 3 part. 5.— an possit purgari quando agitur conditione ob causam contra donatarium non adimplentem modum, sub quo aliquid sibi fuit relictum, n. 1 l. 6 tit. 4 part. 5.—emptoris in rebus, quæ degustari solent, et in rebus, quæ ponderari, vel mensurari solent, quando faciet ut periculum rei ad ipsum pertineat, et in quibus non, n. 2, 6, et 10 l. 24 tit. 5 part. 5. — Et an venditor morosus dicatur, si non tradat rem, antequam pretium sibi offeratur, n. 1 l. 27 tit. 5 p. 5. — Mora non potest purgari nisi re integra, n. 16 l. 28 tit. 8 part. 5.—an possit purgari per emphyteutam privati, ibid in n. 18.—et an ad